

horum parentum nostrorum redarsenda memoria, damus, & concedimus liberè tibi, tuisque successoribus, Ecclesia Cusentina Judaeos omnes, & tunc in civitate Cusentina, mandantes, ut ipsi Judaei eidem Ecclesia de iudicia, & omnibus aliis rationibus, sicut ballenas confueverunt Camerariis nostris, debeant perpetuo respondere. Ad hujus autem nostrae donationis, & concessionis memoriam, & robur perpetuo vallatam, praesens privilegium per manus Bononialis de Gajeta Notarii, & fidelis nostri scribi, & Majestatis nostrae sigillo praecipimus communiti anno, mense, & Indictione subscripti.

Data in civitate Messana, anno Dominicae Incarnationis 1212. mensi Martii 15. Indict. Regni vero Dom. nostri Federici Dei gratia gloriosissimi Regis Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, in Romanorum Imperatorem electi anno 14. feliciter. Amen.

Anno 1217. Lucæ scribit Honorius III. ut vice sua Messanam accedat, ubi cruce signatorum multitudo concurrebat, ibique verbum crucis praedicet, & de agendis ipsis cruce signatis disponat; incipit epist. Cam. 11. Et. Datum Anagnini 8. Id. Julii pontif. 1. num. 500. fol. 120. Reg. Vat. Ad eundem idem scribit an. 3. ut inquirat contra Squillacensem Episcopum dat. Later. 6. Kal. Septembris. epist. 164. fol. 14. & 15. pontif. 4. ad eundem Lucam scribit, ut contra quendam inquirat, qui per Simoniam, & potentiam laicalem se in Episcopatum fecerat intradi. Incipit, Cum nemo. Dat. Later. 3. Non. Septembris. Eit epist. num. 558. fol. 126.

Anno vero 1219, idem Honorius III. per litteras suas dat. Later. 4. Kal. Novemb. commisit Lucæ, ut Rossanensem Archiepiscopum electum, si illum tanto munere dignum invenisset, in ea dignitate confirmaret. Interea Lucas Ecclesiae suae jura servare intendens, super castro Rendæ cum Richardo Comite de Ayello litem habuit aliquando, molestias eidem inferendo, qui ab Imperatore Federico legitime investitus fuerat. Honorius III. rem pro Comite adjudicavit, Lucæ & Capitulo Cusentino in hæc verba rescriptit.

HONORIUS EPISCOPUS

servus servorum Dei.

Venerabili fratri Archiepiscopo, & dilectis filiis Capitulo Cusentino salutem, & Apostolicam benedictionem. Nobilis vir Richardus Comes de Agello exposuit nobis quod vos ipsum super Castro Rendæ, quod ad eum de jure pertinet molestetis contra mandatum nostrum, quod super hoc alias recepistis improvidè vivendo. Cum igitur idem Comes privilegium Comitatus sui præter castrum Agelli nuper de Imperiali munificentia fuerit consecutus, discretionem vestram rogandam duximus, & monendam per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus super dicto Castro, quod in ipso Comitatu existit de cætero nullatenus indebitè molestetis Comitem memoratum cum incrementis vestris vos intrare non deceat in præfati nobilis detrimentum.

Dat. Later. 6. Kalend. Decembr. pontif. nostri ann. 5.

Erat Comes iste Richardus filius Matthæi Salernitani utriusque Siciliae Magni Cancellarii, & frater Nicolai Archiepiscopi Salernitani, de quo alibi fufius dictum est. Cæterum Lucas Ecclesiam sibi creditam summo amore, summoque jure administravit, qui & de statu Ecclesiae, & vitam B. Patris Joachimi descripsit, sub cuius regimine, de quo ejus consilio, & auctoritate Nicolaus ex Ord. suo Cisterciensis Episcopus Card. Tusculanus Apostolicae Sedis Legatus Cusentinam Cathedrali miro concursu, & apparatu consecravimus anno 1222. ut monumentum, quod extat in tabulario ejusdem Ecclesiae proloquitur in hunc modum.

Nicolaus Dei gratia Tusculanus Episcopus, Apostolicae Sedis Legatus.

Præsenti scripto posterorum notitia tradimus, quod Cusentinam venientes rogati fuimus à Luca vener. Archiepiscopo, & Capitulo ejus, ut Ecclesiam

Cusentinam, quæ licet antiqua esset, nusquam tamen aliquando consecrata fuerat, consecrare solemniter deberemus, quorum precibus grato concurrentes assensu præseate D. Friderico Illustrissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, & Rege Siciliae, cum venerabilibus Landoni Regino, & Nicolao Tarentino Archiepiscopis, cum Rogerio Militensi, Gulielmo Bisinianensi, Andrea sancti Marci, Bartholomæo Syracusano, Bernardo Genico-Castrensi, Thaddæo Neocastrensi, Philippo Marturanensi Episcopis, astante Abbatum, & Monachorum, Cleri, & populi multitudine copiosa, dedicavimus Ecclesiam, & consecravimus manibus nostris altare majus ad honorem Dei, & Beatissime Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, in quo recondimus reliquias istas. De ligno Dominicæ Crucis. De vestimento Virginis Mariæ. De sepulchro ejus. De corpore B. Annæ matris ipsius. De sepulchro, & Præsepe Domini Ss. Innocentium, Simonis Iusti. De manna & veste S. Joannis Evangelistæ. De baculo S. Pauli Apostoli, Marci & Lucæ Evangelistarum. Stephan Protomartyris. Dionysii Areopagitæ. Sixti Papæ & martyris. Laurentii Levitæ & martyris. Anastasi Monachi, & martyris. Prisci Papæ. Silvestri Papæ. Martini Episcopi, & Confessoris. Mariæ Magdalene. Teclæ, Sabinae, Agathæ, Lucæ virginum, & martyrum. Et mulieris Samaritanæ, cum qua loquutus est Christus. Altare ad partem Meridianam consecravimus prædictus Militensis Episcopus in honorem beatissimi Joannis Baptistæ, recondens in eo reliquias istas. De corpore ipsius B. Joannis. Zachariæ Prophetæ patris ipsius. Joseph ab Arimathea. Epaphræ unius de septuaginta duobus discipulis. Fabiani Episcopi, & martyris. Gervasi, & Protasi martyrum. Luciani martyris. Iuliani martyris. Eleuterii martyris. Pantaleonis martyris. Cosmæ martyris. Eustasii martyris. Marcelliani martyris unius ex quadraginta martyribus. Antonii Abbatis. Macarii Abbatis. Eustitii confessoris. Iustinae virginis. Altare vero ad partem Aquilonarem consecravimus prædictus Bisinianensis Episcopus in honorem Beatissimi Petri, & Pauli, & omnium Apostolorum, recondens in eo reliquias istas. De ligno vivifica Crucis. De capillis ipsius beati Petri. De corpore ipsius Pauli Apostoli. Andree Apostoli. Jacobi Apostoli. Philippi Apostoli. Matthæi Apostoli. Barnabæ Apostoli. Clementis Papæ & martyris. Rodos de septuaginta duobus. Nerei, & Achillei martyrum. Macarii, Christophori, Georgii, & Cesarii, Cyriaci, Tiburtii, & Pancratii martyrum. Unius quatuor Coronatorum. Lucæ & Geminiani martyrum. Primi & Feliciani martyrum. Chrisanti & Darie martyrum. Bonifacii Papæ. Decapillis B. Gregorii Papæ. Joannis Chrysostomi, Sabinae, Comisini Episcopi, Cataldi Episcopi & confessoris. Vitaliani confessoris. Helenæ Augustæ. Felicitatis martyris. Lucæ martyris. Agnetis virginis & martyris. Quæ utique consecratio celebrata est anno Dom. Incarn. 1222. tertio Kalendas Februarii, Indict. 10. Pontificatus Dom. Honorii Papæ II. ann. 6. Secunda vero die perambulavimus, & benediximus Cæmeterium ipsius Ecclesiae per partes quatuor: ut est moris ad salutem, & requiem sepulcorum & sepeliendorum ibidem. Sane universis fidelibus Ecclesiam ipsam devote visitantibus usque ad proximas Kalen. Aprilis indulgimus annos duos, & carinas duas injunctæ illis pro criminibus penitentia; in anniversario vero ipsius consecrationis perpetuis temporibus indulgimus unum annum, & carinam unam visitantibus eandem Ecclesiam per totam octavam. Ad indicium autem hujus consecrationis, & indulgentiæ præsens scriptum fieri iussimus per manus Guglielmi Clerici, & publici Notarii Cusentinae nostra, & prædictorum Archiepiscoporum, & Episcoporum subscriptionibus, & sigillorum impressionibus communitum.

† Ego Nicolaus Tusculanus Episcopus, & Apostolicae Sedis Legatus.

† Ego Landonus Reginus Archiep.

† Ego Nicolaus Tarentinus Archiepiscopus.

ALLEGATO N. IV n. 2

N. CATALOGO GENERALE

N. CATALOGO INTERNAZIONALE



MINISTERO PER I BENI CULTURALI E AMBIENTALI
DIREZ. GEN. DELLE ANTICHITA' E BELLE ARTI

REGIONE

N.

† Rogerius Militenſis Epiſc.
 † Ego Guſteliuſ Biſinienſis Epiſcopuſ.
 † Ego Andreaſ ſancti Marſenſis Epiſcopuſ.
 † Ego Bartholomeuſ Syracuſanuſ Epiſcopuſ.
 † Ego Thaddaeuſ Neocaſtreſis Epiſcopuſ.
 † Ego Bernarduſ Genicoſadrenſis Epiſcopuſ.
 † Ego Philippuſ Dei gratia Maturanenſis Epiſc.

Eodem anno 1222. die 27. Julii Lucas ab Hono-
 rio III. Papa delegatuſ litem aggreſſuſ eſt agnoſce-
 re, quæ Archimandritam Patiri Cœnobii Roſſa-
 nenſis Diœceſis inter & Abbatem S. Juliani de Ca-
 tanzaro vertebatur, ſed intercedentibus quibuſdam
 de cauſis indeciſam reliquit, ut infra in Cathacen-
 ſibuſ Epiſcopiſ enarrabimus. Recurrente deinde
 anno 1223. menſis Julii à Federico II. Imperatore
 Rege Siciliae pro ſua Cuſentina Eccleſia confir-
 mationem obtinuit omnium privilegiorum jam diu à
 Rogerio, filioque ejus Vuillelmo Calabrie Ducibus,
 atque à Conſtantia Imp. matre ſua conſeſſo-
 rum, quorum tenorem ſupra retulimus. Federici
 confirmatio, cum inſertione eorundem ex tabula-
 rio Cuſentinae Eccleſiae deſumpta hic exhibetur.

Federicus divina favente clementia Romanorum
 Imperator ſemper Auguſtuſ, & Rex
 Siciliae.

Inter cetera pietatiſ opera, quæ ad ſalutem per-
 tinent animarum illud nobiſ æternas promeretur di-
 vitias, & locuſ ſtabilem vendicat ad quietem, quod
 lociſ venerabilibuſ, & Dei Eccleſiſ benigniſ elar-
 gimur. Ea propter notum facimus univerſiſ fidelibuſ
 noſtriſ, tam præſentibuſ, quam futuris, quod Lu-
 caſ venerab. Cuſentinuſ Archiepiſcopuſ fidelis noſter
 tranſcriptum quoddam privilegium Rogerii Ducis
 Apuliae, Guillelmi Ducis ejuſdem Rogerii Ducis filii,
 & liberorum ſupradictorum, & quondam Imperatri-
 ciſ Conſtantiae Dominae Matris noſtræ memoriae reco-
 lenda ſigill. P. Maturanen. Epiſcopi, P. Abbatiſ Cu-
 rati, Boni quondam Abbatiſ Matinae, & M. Abba-
 tiſ Floriſ, & eorum ſubſcriptionibuſ roboratum no-
 ſtræ celſitudini præſentaviſ, ſupplicantiſ humiliter
 devote, ut privilegia, & litteraſ ſupradictaſ ſibi,
 & Eccleſiae ſuae innovare, & confirmare de noſtra gra-
 tia dignaremur. Quapropter ſupplicationeſ ipſiuſ
 venerabiliſ Archiepiſcopi de ſolita clementia beni-
 gniſ duximus admittendaſ, & privilegia ipſa, &
 litteraſ innovanteſ, eadem de verbo ad verbum hic
 noſtro privilegio juſſimus annotari, quorum tenor ta-
 liſ eſt. In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatiſ,
 Rogeriuſ Dei gratia Dux Apuliae, Calabriae, & Si-
 ciliae confirmo, & ſtabiliſ largior, & donotibi Do-
 mino Arnulpho Archiepiſcopo iuiſque ſucceſſoribuſ in
 perpetuum, quicquid &c. Totum privilegium hoc
 ſupra relatum eſt. Secundum Willelmi Ducis ita
 incipit. In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatiſ
 Guillelmuſ divina clementia Dux Rogeri famoſi Du-
 ciſ heres & filiuſ. Noſ ab omnium conditore &c. ut
 ſupra. Conſtantiae Imperatricis privilegii initium.
 Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſem-
 per Auguſta, & Regina Siciliae, Rogerio de Calo, &
 Conſtantino de Tauromenſe Magiſtro Doane & cete-
 ra, ut ſupra exſcriptum eſt. Proſequitur deinde Fe-
 dericuſ. Noſ itaque pro remedio animarum felicium
 Regum prædeceſſorum, & Divorum Auguſtorum pa-
 rentum noſtrorum memoriae recolenda, pro ſalute
 quoque noſtra, & Henrici Regiſ cariſſimi filii noſtri
 omnia quæ ſuperiſ in ipſiuſ privileg. & literiſ con-
 ſentientur eidem vener. Archiepiſcopo ſucceſſoribuſ ſuiſ,
 & Eccleſiae Cuſentinae in perpetuum de noſtra gratia
 concedimus, & confirmamus, volenteſ, & præci-
 pienteſ, ut ea omnia de cætero paciſcè & ſine dimi-
 nutione habeant, & quietè percipiant ſicut Regum
 felicium Willelmi Primi, & ſecundi tempore, uſque
 ad obituſ Dominae quondam Imperatricis Conſtan-
 tiae matris noſtræ conſueverunt percipere, & habe-
 re. Ad bujuſ autem immunitatiſ, & confirmatiſ
 noſtræ memoriæ, & inviolabilem firmitateſ præ-
 dictorum privilegiorum per manuſ Henrici Notarii,
 & fidelis noſtri ſervi, & ſigillo celſitudiniſ noſtræ juſ-

A ſimul roborari. Anno, menſe, & Indiſione ſub-
 ſcriptiſ.

Datum in urbe ſeſſei Panormi, anno Domin. In-
 carn. 1223. menſe Julii XI. Indiſionis, Imperii D.
 noſtri Federici Dei gratia invictiſſimi Romanorum Im-
 peratoriſ ſemper Auguſti, & Regiſ Siciliae anno 3. &
 Regni ejus Siciliae anno 20. feliciter Amen.

Eodem hoc ipſo anno 1223. ex deſectu ejuſdem
 Federici Imper. Lucaſ cum Tirriſſo Caſſanenſi E-
 piſcopo litem compoſuit inter Archimandritam Pa-
 tiri Cœnobii, & Mattheum Abbatem Florenſem,
 ut in ſequenti monumento ſigilliſ obſignato legitur,
 quod mihi contigit propriiſ uſurpare oculiſ, & ex-
 ſcribi. Sigillum Lucae in alba cera impreſſum eſt,
 ubi ipſiuſ Lucae effigieſ pedum paſtorale manu ge-
 ſtantiſ, ac circumſcripſa hæc leguntur verba S. Fr. Lu-
 caſ Dei gratia Archiepiſcopuſ Cuſentinuſ. Signum
 verum Tirici Caſſanenſiſ Epiſcopiſ deperditum eſt.
 Porro concordiae documentum ita ſe habet.

Anno Dominicae Incarnationiſ milleſimo ducentiſ-
 ſimo, vigintiſimo tertio, menſe Auguſti 11.
 Indiſ.

Anno vero Imperii D. noſtri Fr. Dei gratia invi-
 ctiſſimi Roman. Imperatoriſ ſemper Auguſtiſ tertio,
 Regni autem Siciliae 25. Regniſque D. Henrici filii
 ejus eadem gratia gloriſſimiſ Regiſ Siciliae, Duca-
 tuſ Apuliae, & Principatuſ Capuae 11. feliciter,
 Amen. Noſ Lucaſ Dei gratia Cuſentinuſ Archiepi-
 ſcopuſ, & Terrifiſ Caſſanen. Epiſcopuſ præſenti
 ſcripto notum facimus, quod recepiſ per manuſ
 D. Matthei vener. Abbatiſ, & Conventuſ Floriſ
 Imperialeſ litteraſ hanc ſeriem continenteſ. Fr. Dei
 gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtuſ, &
 Rex Siciliae venerabili Archiepiſcopo Cuſentino, &
 Epiſcopo Caſſanen. fidelibuſ ſuiſ gratiam ſuam, &
 bonam voluntateſ. Conqueſtiſ ſunt celſitudini noſtræ
 vener. Abbas, & Conventuſ Floren. Monafteriiſ fi-
 deleſ noſtri, quod cum Abbatiſ de Patiro, & quibuſ-
 dam Fratribuſ ſuiſ ex parte noſtra firmiter inibi-
 rent ſub pœna centum libraruſ auri, prout in eorum
 privilegio à majeſtate noſtra obtento pleniſ continetur,
 ne aſuſ temerario quoddam eorum tenimentum
 intraret cum ſuiſ animalibuſ, ipſi eorum inibitione
 contempra dictum tenimentum invadiſ fecerunt in eo-
 rum præjudiciuſ, & gravamen, ita quod in tenimen-
 to mandraſ fecerunt, & animalia eorum ibidem pa-
 ſcendo repererunt, & cum ſuper hoc conqueſtiſ fuerint,
 nondum potuerunt, ſicut aſſerunt, juſtitiam obtine-
 re. Quare mandamus diſcretioni veſtræ, quatenuſ
 partibuſ in veſtra præſentia convocatiſ, audiatuſ
 cauſam, & eam ſtudeatiſ mediante juſtitia ſine debi-
 to terminare; ut pro deſectu juſtitiae neutra partiſ
 juſtam habeat materiæ conquerendi. Datum
 apud Cutronum 17. Maii 11. Indiſ. Item recepiſ
 Imperialeſ litteraſ per manuſ vener. Archimandri-
 tae, & Conventuſ Monafteriiſ de Patiro, quarum con-
 tinentia talis erat. Fr. Dei gratia Rom. Imperator
 ſemper Auguſtuſ, & Rex Siciliae. Vener. Archiepiſ-
 copo Cuſentino, & Epiſcopo Caſſanen. fidelibuſ ſuiſ
 gratiam ſuam, & bonam voluntateſ. Vener. Archi-
 mandrita, & Conventuſ Monafteriiſ de Patiro fide-
 leſ noſtri majeſtati noſtræ graviter ſunt conqueſtiſ,
 quod de quibuſdam tenimentis, quæ in partibuſ Sile
 monafterium ipſum longiſ retro temporibuſ habuit ra-
 tionabiliter, & poſſeidit, per venerabilem Abbatem,
 & Conventum Floren. monafteriiſ ſunt per violentiam
 ſpoliatiſ; in quibuſ tenimentis quidam Fratres ſui à
 Paſtoribuſ Floren. monafteriiſ fuerunt acriter verbe-
 ratiſ, & quinquaginta oves, & reſ aliae ablatae ne-
 quiter ab eiſdem. Cum ergo inter perſonaſ Eccleſiaſ-
 tiſticaſ, & loca venerabilia bujuſmodi violentiae non
 debeant attentari, mandamus diſcretioni veſtræ,
 quatenuſ convocatiſ partibuſ coram vobiſ, audiatuſ
 cauſam, & eam ſtudeatiſ mediante juſtitia ſine debi-
 to terminare, ut juſta ſuper hoc ad audientiam no-
 ſtram iterato querimoniæ non recurrat. Datum apud
 Cutronum 18. Maii, 11. Indiſ. Partibuſ ergo legitimiſ
 citatiſ, & in noſtra præſentia conſtitutiſ, allegata
 utrinque audivimuſ diligenter, cumque præfixiſſe-

ALLEGATO N. IV n. 2 bis

18000 674

ITA:

DIREZ. GEN. DELLE ANTICHITA E BELLE ARTI

REGIONE